



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

5. Executoris vltimæ voluntatis diffinitio: eiusque explicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

IOAN. IACOB. à CANIBVS

optimè intelligatur, more maiorum, à diffini-
tione principiū faciemus.

5 Quæro t̄ igitur primò, quis sit ex-
ecutor vel commissarius vltimæ voluntatis?
Et Spe. in tit. de instrumentorum editione. §.
nunc verò aliqua. versic. 1. dicit eum esse, qui
voluntatem testatoris debet adimplere. Que
dificatio probari secundūm eum videtur in c.
Ioannes. de testa. & in extraua. Inno. 4. que
incipiebat: Ioan. frangepa. quam non habe-
mus: sed de illa extracta est decretalis: si pa-
ter. de test. lib. 6. vt ibi habetur in gloss. 1. Sed
mihi non plenè satisfacit: quoniam quidā sunt
executores honorarij, qui non debent exequi:
sed habent consulere vel hortari: vt dicit tex.
in c. nos quidem. de testament. etiam quia con-
uenit hæredi, vel fidei commissario, qui debet
implere, similiterq; procuratori eorum, qui ra-
tionem mandati suscepiti tenetur voluntatē per-
ficere testatoris, nec prædictit de voluntate co-
dicillum, vel causa mortis donationem facien-
te, vel alias legatum ab intestato constituен-
te, neq; præterea illum complectitur, qui per
alium voluntatem defuncti fecit impleri. Qua-
re ipse

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

re ipse sic dicere videtur, quod executor sine commissarius ea fertur esse persona, cuius ope ac consilio ultima voluntas ad effectum perducitur. Hinc enim in definitione primo genus apponitur: ut. l. 1. ff. de statu hom. & insit. de iure perso. in prin. Secundò, cum dicit, cuius ope ac consilio, singulas species executorum comprehendit, siue verbo, siue re officiū exequantur, nec non pro se vel alio negotium agant. Item ultimam voluntatem, dicendo: species illius meritò non prætermisit. Et similiter complectitur cum, qui eligit pauperes, & qui legata soluit, siue causa sit pia, siue non pia quicquid Ang. dixerit in suo consil. 64. in 2. col.

Quæro se cundò, t quod quibüsue nomi- 6
nibus appellari solēt? Et spe. in. d. s. nunc ve-
rò aliqua. versi. porrò. dicebat cum executo-
rem testamentarium appellari: quod Goffre-
dus in. c. Ioannes. de testa. capere visus est, di-
cens executorem propriè solere dici, qui in in-
dicis interuenit, & iudicis sententiam ad ef-
fectum perducit: vt. l. 1. C. de excu. rei iudi. c.
super eo. de criminе fal. 2. q. 6. ab executore.

Sed